Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31712
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

Venter tuus sicut acceruus tritici.
uallatus lilijs; Duo ubera tua sicut
duo hinnuli gemelli capreae; Col
lum tuum sicut turris eburnea. Oculi
tui sicut piscinae in esebon. quae sunt
in porta filiae multitudinis; Na
sus tuus sicut turris libani. quae res
picit contra damascum. Caput tu
um ut carmelus. et come capilli
tui ut purpura regis iuncta
canalibus. Quam pulcra es. et quam deco
ra carissima in deliciis. Statura
tua assimilata est palmae. et ubera
tua botris. Dixi. ascendam in pal
mam. adprehendam fructus eius. et erunt
ubera tua sicut botri uineae. et odor
oris tui. sicut malorum. guttur tuum
quasi uinum optimum. Ecclia de
xpo dicit. Dignum dilecto meo
ad potandum labiisque; et dentibus
illius ruminandum. Ego dilecto meo
et ad me conuersio eius. Veni dilecte
mi egrediamur in agrum. commoremur
in uillis; Mane surgamus ad uine
as. uideamus si floruit uinea. si flo
res fructus parturiunt. si floruerunt
mala punica. ibi dabo tibi ubera
mea. mandragorae dederunt odo
rem in portis nostris. Omnia poma no
ua et uetera dilecte mi seruaui tibi.
Quis mihi det te fratrem meum sugentem u
bera matris meae: ut inueniam te fo
ris. et deosculer te. et iam me nemo
despiciat. Adprehendam te. et educam
te in domum matris meae. ibi me doceb
dabo tibi poculum exuino condito.
et mustum malorum granatorum meorum. le
ua eius sub capite meo. et dextera illius
amplexabitur me. Vox xpi.
Adiuro uos filiae hierlm ne suscitetis
neque euigilare faciatis dilectam.
donec ipsa uelit. Respond synagoga ad eccliam Que est ista que
ascendit de deserto. deliciis affluens. innixa super dilectum meum?
Vox xpi de synagoga. Suscitauit te sub arbore malo. ibi cor
rupta est mater tua ibi uiolata est
genitrix tua. pone me ut signaculum super cor tuum. ut signaculum super brachium tuum. quia fortis est ut mors dilectio. dura ut inferus emulatio. Lampades eius. lampades ignis atque flammarum. atque multae
non poterunt extinguere caritatem
nec flumina obruent illam. Si de
dit homo omnem substantiam
domus suae pro dilectione. quasi nihil despiciet eam. Vox xpi.
Soror nostra parua. et ubera non habet.
quid faciemus sorori nostrae in die qui
alloquenda est. Vox xpi. Si
murus est edificemus super eum propugna
cula argentea. si ostium est. cupin
gamus illud tabulis cedrinis. Eccla.
Ego murus et ubera mea sicut turris facta
sum coram eo. quasi pacem reperiens.
Eccla. Vinea mea fuit pacifico in
ea que habet proles. tradidi eam custodibus;
uir affert pro fructu eius. mille argen

Ca. VIII.